

V²
S¹¹

JOHANNIS PEZELII
OPUS
MUSICUM
SONATARUM PRÆSTAN-
TISSIMARUM SENIS INSTRU-
MENTIS INSTRUCTUM.

ut

2. Violinis, 3. Violis & Fagotto

Seu

Violono

adjuncto Basso Continuo.

*Ad modernam suavitatem concinnatum, & ad
petitionem plurium luci datum.*

~~BASSUS CONTINUUS.~~



*Violino
Primo.
B. 1694
7. Partes.*

FRANCOFURTI ad Mœnum,

n^o 643.

Typis & Sumptibus Balthazaris Christophori Wustii, Senioris.

ANNO MDC LXXXVI.

Vm² 1489



Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Excel-
lentissimis ac Prudentissimis

Inclytarum Hexapolews Superioris Lusatiae
Rerumpublicarum

Dnnn. CONSULIBUS

ET

SENATORIBUS RELIQUIS
SPECTATISSIMIS,

Dominis Patronis & Fautoribus meis magnis

Salutem & Prosperitatem omnigenam
dico & opto.

Sane ea ingenii natura atque consuetudo est hu-
mani, ut indies aliquid suave aveat audire atque jucundum. Ni-
hil autem ferè cor & aures hominis magis afficit, quàm præcla-
ra Musica. Hæc enim meritò Palladium à supremo Numine
cœlo delapsum dici potest. Namque uti omne bonum à DEO
donum; ita & Musica est ab eo bonorum datore omnium. Hoc
ipsum intuens exclamat Plutarchus: *Omnibus modis veneranda*
est Musica, cum sit Deorum inventum. Hinc & Socrates & Plato Pythagoriciquæ
omnes juvenes in Musicis instrui & exerceri non ad lasciviæ fomentum, sed ad mentis
laxamentum ad motusque animi juxta regulam rationemque moderandos commu-
ni lege sanxerunt. Natura quippe juvenum oblectamentorum per omnia cupida,
suavi hæc Musices honestate, honestaque suavitate ad illa ducitur solamina, quæ ho-
nestam oblectare valent senectutem. Hæc ipsa est, quæ curas fugat, iram reprimat,
concordiam nutrit, Heroum mentem ad fortia facta impellit & excitat, moresque com-
ponit. Quamplurima probant hunc exempla effectum. Timotheus in arte Musica
celeberrimus, cum in convivio Phrygium incepisset cantum, usque eò Regem Alexan-
dram incitavit, ut statim ad arma capienda profiliret: atque eundem iterum mutatâ
modulatione reduxit in convivium. Empedocles tutum & incolumem ab inimicis
hospitem suum Musicæ artis præsidio servavit. Quid Terpander & Arion, nonne ci-
ves suos à gravissimis eripuerunt morbis Musicis cantionibus? Sic Xenocrates lym-
phaticos modis curavit organicis. Thales Cretensis citharæ suavitatem morbos fu-
gavit & pestilentiam. Asclepiades Medicus per Symphoniam mentes phreneticorum
restituit sanitati. Quemadmodum verò triplex aliàs Musica jactatur & laudatur:

Vocalis, Poëtica seu Rhythmica, & Instrumentalis; ita hoc ipsum meum quale-quale *Opus Musicum* proximè ad ultimum hoc genus, quò Musici instrumentis tangendis, aut inflandis, aut pulsandis artem suam ostendunt, accedit. VOS verò, *Viri Magnifici*, quod hujus *Senis Instrumentis instructi Operis* Patronos, Defensores ac Protectores elegerim, Vestra Integritas, Vestra Comitas, Vesterq; erga Musicam Musicesq; Cultores favor & amor facit. Hocce igitur Opus Musicum æquâ quæso tollite mente & mihi meisque constanter favete. DEUS Ter Opt. Max. Vos Vestrasque Respublicas in hoc calamitosissimo seculo gratiosissimè conserveat, tueatur atque defendat, pacem atque tranquillitatem Religioni & Regioni constantem & perpetuam largiatur, hostes ac adversarios procul amoliatur, præprimis verò *Harmoniam Hexapolitanam* suavissimo concordiae concentu retineat. Valete. Dabam Budissæ die 21. Martii Anni MDC LXXXV.

V. V. V. V. V. V.

Magnif. Amplitud. & Prudent.

Studiosissimus Cultor

JOHANNES PEZELIUS
Musicae Instrumentalis Director,